Non omissuros nos tamen quod eius dilectio fraternè
petiit, si non inter Moscum et Polonos ad arma venire
contigerit, quin auctoritatem nostram ad pacificandum,
et ipsi libenter interponamus, et Summum quoque Pontif:
ac Serenissimum Hispaniarum regem, ut idem faciant hor
temur. De adhaerentibus item exponet, quam sollicitè
fuerimus, ut per generalem veniam publicè dandam securi
tate fruerentur. Quicquid autem sive per literas Rosenber
gii, sive per ipsum nostrum legatum in ea re obtentum,
aut non obtentum fuerit, id Dil.mi ipsius exponet, quem
admodum ut coetera omnia, quae apud Regem, et in eius aula
gesserit, denique quousque hinc inde res perducta sit. Qui
quid verò Dil.o ipsius nobis significandum habuerit, id dili
genter suscipiet, et de eo, deque coeteris omnibus in reditu suo,
quem maturabit quantum poterit, ad Nos referet.

Quod reliquum est, dexteritati et prudentiae legati nostri
benignè confidimus, cuius fidem, studium atque operam gra
tia nostra Caesarea ad quamvis occasionem clementer agnosce
mus. Dat. Pragae 7 Martij 1589.

Ad Pontificem pro Bremensi.

128) Beatissime. Cum Decanus et Capitulum Bremensis
Ecclesiae in Archiepiscopum sibi postulaverit Princi
pem Johannem Adolphum Adolphi Holsatiae Ducis fili
um, jamque ille à Sanctitate V.ra confirmationem petere de
creverit, Nos rogare curavit, ut ad eam obtinendam
literis nostris ipsum S.ti V.rae commendare non grava
remur. Quamobrem Nos dicti postulati illustria nata
lia considerantes, et egregiam inde spem de ipsius indole
atque animo concipientes fore, ut muneri suo haud defutu
rus sit, quod ea familia natus est, quae de inclyta nostra
Austriaca domo, et de vicinis Imperii provinciis pre
clarè sit merita (: maximè verò dictus ipsius parens
dux Adolphus :) praetermittere non possumus, quin S.tem
V.ram rogemus, ut eum dicti postulati habere ratio
nem vel nostra causa dignetur, ut commendationem
hanc nostram, de qua plurimum sibi pollicetur, ad im
petrandam confirmationem sibi haud defuisse intel
ligat, Nosque hac in parte satisfactum esse gaudeat.

Quod reliquum

Quod reliquum est, Sanct.tem V.ram prosperrima uti valetudi= de A.o 1589
ne in multos annos optamus. Dat: Pragæ 18 Maij 1589.

Cardinali Madrutio de decimis
Clero Mutinensi et Regiensi
impositis. (129)

Rudolphus. etc. Rev.me, postquam edita nuperà Sanctissimo
D.no Summo Pontif: Bulla, qua certæ decimæ Clero Muti=
nensi et Regiensi imponuntur Mutinam et Regium utramque
civitatem civitatibus annumerari statui Ecclesiastico sub=
jectis, proque talibus censeri videamus, non possumus non pro ea,
quod nostra sacrique imperij et Ill.mi Alphonsi Ducis Ferrariæ,
Mutinæ et Regij Marchionis Estensis, consanguinei affinis
et Principis nostri charissimi ratione feudi interesse, mole=
ste ferre Sanct.tem suam hoc novo modo præjudicium inferre
velle cum nostris, tum sacri imperij juribus: Quæ cum tueri,
quantum in nobis est, teneamur, à R.V. Cel.ma benignè re=
quirimus, ut cum S.tas sua nostro nomine diligenter et
opportunè agat, ne Regium et Mutinam, quæ imperij feu=
da sunt, perque talia hactenus habita fuerunt, pro civi=
tatibus censeri patiatur, quæ statui subsunt Ecclesiæ, atque
ad praecavendum hujusmodi quod nobis sanè quam grave foret
præjudicium, ipsam Bullam in ea parte, vel abrogari, vel
ejus mentem ita declarari jubeat, ne nobis quicquam in im=
perio præjudicet. Quod Ser.tem ad majora evitanda in=
commoda, offensionesque interposita R.P. V.ræ opera facil=
nè facturam confidimus. Ademim nisi fieret, dicto Ferra=
riæ Duci serio mandavimus, ne decimas illas pendi aut per=
solvi ullo modo sinat. Hoc igitur totum negotium, ut
R. V.ra R. pro rei cum necessitate tum æquitate curæ sibi
iterum atque iterum benignè postulamus. R.V. Ill.ma fa=
ciet rem nobis gratam, ad nostram et supradicti
imperij cujus illustre ipsa membrum est auctoritatem
et jura conservanda per opportunam, quam quàecumque
erga ipsam occasione benevolè agnituri sumus. Dat. Prag.
9. Augusti 1589.

Duci Ferrariensi de decimis
Mutinensi ac Regiensi Clero
à Pontifice impositis. (130)

Rudolphus. etc. Diploma Pontif: Max: quo dum certas de=
cimas Mutinensi et Regiensi Clero imponit, Mutinam et